

ILLUSTRI
&
SUPRA SECULI GENIUM AD IPSIUS SECULI
STUPOREM NATO
DN. DN.
OTTONI VVILHELMO Königsmarck/
COMITI
de Westerwyc & Stegholm/
DOMINO
in Rothenburgk & Newhaus/&c.
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

Disputationem hanc devotæ mentis indicem sacram nuncupo,

ITa scilicet ad pulvinar mihi Tuum, Generosissime Comes, accedere liceat, & pro illustri, quâ me beasti immeritum, gratiâ, isthunc debita meâ gratitudinis deponere arrhabonem. Illum vilioris quidem monetæ, & tantis vix parem ausibus, ab affectu & amen profectum non vili, sed devoto, sed admiratore tantarum Virtutum Tuarum, quarum cum in aliis confirmatâ maximè etate vix portiuncula conspiciatur, in Te sub ipsis vernantis adolescentiæ primordiis tantum non possum non stupere cumulum. Quæ & ipsæ in eò majorem me erigunt confidentiam, fore, ut siquidem ab istis abesse nequit par ceteris humanitas, & isthoc chartaceum meum munusculum singulari gratiæ affectu à Tua Generositate suscipiatur. Quod si consequar, erit ut de tantâ mihi benignitate gratuler, confirmatus, quod & in posterum, quæ votorum meorum summa est, sub gratiosissimâ benivolentiæ tuæ indulgentiâ vivere possim

T. Illustr. Generosit.

devotissimus

M. Esaias Pufendorffer.